Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



per quam ad nos uenit cognitio diuinitatis. aliquando
predicatores de quibus scriptum est. quam speciosi pedes
euangelizantium pacem. aliquando uestigia eius unitan
onis. aliquando uero nouissima membra. In hoc autem
loco propria membra eius significant. quae tempore an
tixpi in igne tribulationis probabuntur. Nam sicut
auricalcum multis medicaminibus ex aere producitur ad
colorem auri. ita et illi tribulationem nouissimi tempo
ris exurentur. ut probentur uelut mundissimum aurum.
Et sicut antixpc crudelior erit omnibus persecutoribus.
ita et illi sci fortiores erunt omnibus retro antis marty
ribus. Nam ipse caminus ualidissima tribulationem
significat. de qua dns dicit. Erit tunc tribulatio.
qualis non fuit. neque fiet. Quod autem alia translatio au
ricalcum urbani posuit. peo quod ipse mons in iudea esse phi
betur. liquido manifestauit nouissima xpi membra
corporis. in illis tunc regionibus uehementius esse uexan
da camino tribulationis. ubi et dns eorum crucifixus
est ab impius iudeis. Et uox eius tamquam uox aqua
rum multarum. Superius legimus quod audierit uocem angeli
tamquam uocem tube. hic autem tamquam uocem aquarum
multarum. quia uidelicet prius per paucos predicatores
sonuit. de quibus dns dicit. messis quidem multa. ope
rarii autem pauci. et postea per plures. multosque officio resul
tauit. Atque cum multique sunt populi. sicut in sequen
tibus legemus. Quod cum primum pauci predicatores. hoc
postea totus mundus clamauit. Potest et uox similis
aquarum multarum caritas intelligi. quae est fons et ori
go omnium donorum spiritualium. sicut ipse dns manifestat.